Interrog. & monitus, vt factæ interrogationi respondeat.

Noluit respondere.

Interrog. Perche recusi di rispondere?

Non modo causā non allegauit, non respondēdi, sed omnino siluit.

Præcipitur sub pœnis, vt respondeat.

Et ideo R. P. Prouincialis præcepit ei sub præcepto formali sanctæ Obedientiæ, & sub pœna inobedientiæ, nec non confessi criminis, & etiam sub comminatione torturæ, vt interrogatis respondeat.

Responsum nullum dedit.

Interrog. & monitus; Che lasci d'esser contumace, & ostinato, perche altrimente si verrà alle pene, & alla tortura.

Nihil prorsus respondit.

Interrog. & iterum, atque iterum monitus; che risponda.

Nec verbum quidem respondit.

Ante sequens decretum, præuideantur inf. hic adnotanda n. 56. & 57.

Decretum incursionis pœnarum, & carceris, &c. loco torturæ.

Visa per R. P. Prouincialem obstinatione, pertinacia, & inobedientia, reseruando sibi ius decernendi, & pronunciandi, quando voluerit, ipsum F. Discolum Constitutum Reum dictas incurrisse pœnas, &c. Mandauit, ipsum in carcerem detrudi, ibiq; manicis ferreis, & compedibus constringi, & tantùm eidem, vt subministretur panis, & aqua, donec interrogatis respondeat; Declarans, ad solam extorquendam respōsionem hanc infligere torturam. Actū in nostro Conuentu N. Romę, die 2. Nou. 1649.

Ita est F. Petrus de N. Prouincialis Religionis N.

F. Fidelis de N. Sacerdos Actuarius Religionis N.

Reus non congrue respōdés.

48. *Eadem formula mutatis mutandis, valebit contra Reum congruè respondere nolentē, affirmatiuè, vel negatiuè, sed per verbum, non recordor, nescio, &c.*

Ad torturam in leuibus in his venitur.

49. *Et ad prædicta tortura remedium, ad eundem finem deuenitur etiam ex leuibus contra Reum existentibus inditijs, vel diffamatione, dum sine causa respondere non vult, vel non congruenter, dummodo constet de corpore delicti, Chartar. quem sequitur Ambrosin. d. lib. 2. c. 7. n. 9. & seq. Tempus autem, & modus huius torturæ, Iudicis arbitrio remittitur, iuxta qualitatem delicti, grauitatem indiciorum, & conditionem personæ torquendæ, Vulpel. & Ambrosin. ibid. n. 18.*

Præuidenda hic erunt infra adnotanda in hac Prax. num. 56. & 57.

Decretum torturæ flagellationis.

50. Visa pertinacia F. Discoli de N. laici Religionis N. in neganda veritate, pro eadem habenda, cum ab eo aliter haberi non posset R. P. Prouin-

Prouincialis, de conſilio diſcretorum, mandauit, prout præſenti decreto mandat eundem F. Diſcolum ad locum torturæ duci, ibique ſpoliari, & ante faciem manus fune alligari, nec non virgis cædi. Actum in Conuentu N. Neapolis die 3. Nouembris 1649.

Ita eſt. F. Petrus de N. Prouincialis Religionis N.

F. Fidelis de N. Sacerdos Religionis N. Actuarius.

Adductus prædictus F. Diſcolus Reus ad locum torturæ, dum ſpoliaretur, & ligaretur, pluries benignè monitus fuit per R. P. Prouincialem, vt veritatem fateatur, & virgis cædi non permittat, prout flagellabitur, ſi in ſua pertinacia permanſerit.

Reſp. Io hò detta la verità, & la confermo, nè poſſo dire altrimente.

Tunc idem P. Prouincialis videns, quod F. Diſcolus Reus in obſtinatione perſiſtat, mandauit illum virgis cædi, qui cum flagellaretur, exclamauit; O Dio, ò Dio, che crudeltà è queſta.

Interrog. Se voglia confeſſar la verità?

Reſp. La verità l'hò confeſſata.

Tunc mādauit P. Prouincialis, vt idē durius flagellaretur, & interim, iterū, atq; iterū monitus; che laſci più d'eſſer'oſtinato, e che dica la verità.

Reſp. Padre l'hò detta.

51. *Hic Reus ſingillatim interrogetur de omnibus his, de quibus contra illum extant indicia: Recordetur tamen Iudex, vt à ſuggeſtiuis interrogatorijs ſemper abſtineat. Hora verò media elapſa, quando inditia tanti temporis torturam requirunt, dum Reus non fatetur delictum, ita ſcribatur in actis.*

52. Videns P. Prouincialis, tortum in ſua negatione perſiſtere, mandauit, vt diſſolueretur, veſtiretur, & in carcerem poneretur, animo, &c. Cum ſtetiſſet in tormento flagellationis per ſpatium mediæ horæ. Omni, &c. In quorum, &c.

Ita eſt. F. Petrus de N. Prouincialis Religionis N.

Io F. Diſcolo da N. Religioſo N. hò depoſto come di ſopra.

F. Fidelis de N. Religionis N. Actuarius.

---

53. *ANtequam ad torturæ repetitionem deuenias, præuides, animaduertes, & obſeruabis adnotata ſup. in p. par. q. 106. n. 14. vſq. 17.* Præuidenda ante repetitionē torturæ.

54. Viſo rigoroſo examine habito heſterna die à F. Diſcolo de N. laico Religioſo N. Reo in tormentis à R. P. Petro Prouinciali Religionis N. & maturæ conſiderato, decreuit, ipſum Reum iterū ad locū torturæ ducendū, rurſuſq; admonēdū, vt veritatē fateatur, aliàs iterū torturæ ſubijcietur, & præſenti decreto prædicta de cauſa, ipſū F. Diſcolū in prędictū locū adduci, & torqueri mādauit. Dat. in noſtro Cōu. Neapolis, die 4. Nou. 1649. Decretū de repetēda tortura.

Ita eſt. F. Petrus de N. Prouincialis Religionis N.

F. Fidelis de N. Religionis N. Actuarius.

55. *Interrogatorijs vti poterit Iudex prout in illatione prima torturæ mutatis mutandis.*

Præuidenda ante torturam funis.

56. *Diligenter præuidenda, & prænotanda sunt proximè sequentia, antequam ad funis torturam deueniatur: Nempe, vt ad hanc præsertim funis torturam minimè sine decreto de torquendo deueniatur. Huiusmodi autem decretum ita interponendum erit, vt statim quasi vnico contextu post illud, nisi aliud obstet, ad torturam deueniatur, Ambrosin. de modo form. process. inform. lib. 3. cap. 1. num. 26. Palamque interponi minimè debet, ne Reo appellandi detur materia, Clar. & Ambrosin. ibid. num. 27. Et propterea mandabit Iudex, Reum negantem ad torturæ locum duci, ibique spoliari, ligari, & funi applicari, & ibidem factis Reo monitionibus de veritate fatenda, & ne patiatur in altum eleuari, si pertinax fuerit, in altum eleuari mandabit, Clar. & Ambrosin. ibid.*

Appellatio Rei à tortura, an sit admittenda.

57. *Et dato, quod Reus appellaret, postquam tormentis applicatus fuerit, eius appellatio accipienda non erit: sicut recipi deberet, si Iudex palàm antea pronunciasset, Reum esse torquendum, vel contra eum sufficientia extare indicia ad torturam; dum idem Reus, antequam tormentis applicaretur, appellationem interponeret, Clar. Chartar. & Ambrosin. ibid. n. 28. Item ante illationem torturæ vide omnino notata supra quæst. 99. num. 5. Item antequam Iudex deueniat ad torturam funis, notet, & seruet quod dictum est q. 100. n. 10*

Forma inferendi torturam funis.

58. Die 6. Nouembris 1649. in Conuentu N. Neapolis.

Constitutus personaliter F. Discolus de N. laicus Religionis N. e carceribus eductus, coram R. P. Petro de N. Prouinciali, & P. F. Discreto de N. Priore eiusdem Ordinis in causa assistente, & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis Sacris Scripturis, ad opportunas interrogationes, Respondit, vt infra.

59. Interrog. Se si sia disposto di dire la verità, di quanto ne' suoi passati esami fù dimandato?

Respon. La verità sincera, & intieramente l'hò già detta,

Monitus, che voglia finalmente risoluersi di non star più ostinato, in dire la bugia, & che non voglia più moltiplicare giuramenti falsi, hauendo noi in processo il contrario, di quanno egli depose.

Respon. Quel, ch'è contrario, à quanto io hò detto ne gl'altri miei esami, è tutto bugia, hauendo io detto la verità.

Monitus benignè à R. P. Prouinciali ad veritatem fatendam, &c. Et che non aspetti, che per hauer questa verità, si venga contro di lui à gli opportuni rimedij, Iuris, & facti, si come si verrà, se non si risolue di dir il vero?

Resp. Io hò già detto il vero, & non posso dir'altro, se V.P. mi vuol dare li tormenti, mi farà torto.

60. Tunc Præfatus P. Prouincialis visa pertinacia, & ostinatione ipsius

ipsius constituti, visis, & consideratis diligenter indicijs contra ipsum existentibus, eum duci ad locum torturæ, & ibi, ipsum expoliari, ligari, & funi applicari mandauit; Et hoc sine præiudicio quorumcunque iurium Religioni, quomodocunque acquisitorum, & aliorum omnium, de quibus idem constitutus esset conuictus, vel confessus, super quibus P. Prouincialis ipsum non intendit torquere, de quo protestatur, & huiusmodi protestationem repetit nunc prout ex tunc in quolibet actu, & non aliàs, &c. Ductus ad locum torturæ constitutus, dum spoliaretur, & ligaretur, iterum à P. Prouinciali benignè monitus, & hortatus fuit, vt tandem veritatem manifestet, nec expectet in funem eleuari, prout eleuabitur, si in obstinatione persistat.

Resp. Datemi, quanta corda volete, che io starò sempre perseuerante nella verità, ch'hò deposta.

61. Animaduertens P. Prouincialis, Reum in pertinacia obstinatum, iam spoliatum, ligatum, & funi applicatum, sursum eleuari mandauit, qui eleuatus clamauit, Iesus, Iesus, che ingiustitia, che crudeltà è questa. Sursũ eleuationis.

62. *Subnectam hic formulas pro diuersis gradibus huius torturæ funis, circa quos animaduertat Iudex, vt nullo modo eos infligat, nisi ponderatis ijs, quæ dicta sunt in p. par. hic sup. q. 99. ne in re tam graui eum errare contingat.*

63. Interrog. & monitus, vt non patiatur se in tormento detineri, sed veritatem fateatur?

Respon. Io hò detta la verità, & non dirò mai altrimente.

64. Videns P. Prouincialis, Reum torturam paruipendere, & quod cum corpore robustus sit, ostendat parum tormentum sentire, funem modicum quassari, & moueri abq; ictibus, mandauit. Quo præstito, Quassationis funis.

Interrog. Se voglia finire di dir la bugia, & dicendo la verità, esser deposto dal tormento?

Resp. Io hò detto sempre la verità, & non posso dir'altrimente.

65. Tunc P. Prouincialis mandauit, vt Reo darentur duo ictus funis; quo facto, exclamauit, ò crudeltà, ò crudeltà iniqua, & postea tacuit per aliquantulum temporis spatium. Duorum ictuum funis.

66. Inde mandauit P. Prouincialis ad pedes Rei apponi ferreos compedes, (*seu rapidem alligari ponderis librarum N.*) & hoc adimpleto exclamauit Reus, questa è vna crudeltà, che non si farebbe in Turchia; Et monitus, vt veritatem dicat. Alligationis pondetum.

Resp. Calatemi giù, che non posso più, & dirò ogni cosa.

Dictum fuit ei, che cominci à dir la verità, & poi sarà calato giù.

Resp. Non posso dir niente quà sù, calatemi, & dirò ogni cosa.

67. Stante hac promissione, & ad prædictum tantum effectum, &c. animo tamen, &c. mandauit ipsum Reum leuiter de tortura deponi, & super scamno ligneo accommodari, qui cum fuisset depositus, & scamno ligneo accommodatus. Depositionis, attenta promissione fatêdi.

Dictum est ei, che dica la verità, & osserui la promessa, fatta.

Respon.

Respon. La verità io la dissi già, & non posso hora dir'altrimente.

Dictum est ei, che osserui la promessa, ch'hà fatta sù la corda, di dir' ogni cosa, & con verità, altrimente si continuarà la tortura, e di nuouo sarà tirato sù la corda?

Respon. Datemi pur la corda, quanto potete, e volete, che io non dirò altro, che quanto fin'hora hò detto.

Quomodo eadem die tortura non repetatur, sed continuetur.

68. Posset hic obijci, torturam eodem die repeti non posse, vt probatum est sup. in p. par. q. 106. n. 22. & propterea non ritè in hac formula sequenti insinuari, vt non modo eodem die, sed etiam eadem hora, iterum, atque iterum Reus de tortura deponatur, & iterum, atque iterum in altum eleuetur, ita enim videtur, quòd tortura repetatur pluries eodem die, imò, & eadem hora. Solutio erit, quòd ista non est repetitio torturæ, quæ prohibita est eodem die, sed continuatio est eiusdem torturæ, quæ præstari potest pluries etiam eadem hora, vt declaratur, & probatur in d. q. 106. n. 23. & 24.

Iterũ eleuãdi in altum.

69. Idem P. Prouincialis ex tunc mandauit, ipsum Reum in altũ eleuari; qui eleuatus cœpit exclamare, ohimè, ohime, Iesus, Maria; inde p aliquantulum spatium temporis siluit, postea verò dixit; Mettemi giù, ch'io crepo, calatemi à basso, ch'hò necessità di far del corpo.

Depositionis ad leuandum corpus.

70. Prædictus P. Prouincialis tunc ad effectum, vt leuaret corpus, mandauit, ipsum Reum leuiter de tortura deponi.

Qui sic depositus, & facta sibi facultate corpus euacuandi, mox reductus coram eodem P. Prouinciali, & admonitus, vt veritatem fateatur.

Respon. Io v'hò detto, che la verità l'hò già deposta, & par, che vogliate cauarmi di bocca il falso.

Iterũ eleuandi.

71. Videns præfatus P. Prouincialis, dictum Reum in obstinatione permanere, iterum in funem eleuari ad continuanda tormenta mandauit, & eleuatus, nihil dixit, & interrogatus, & admonitus pluries ad veritatem fatendam, nihil tamen respondere vnquam curauit, quæ ego, &c. Et cum stetisset in totum in tortura eleuatus idem Reus per spatium integræ vnius horæ, iuxta horologium pulueris, P. Prouincialis mandauit, Reum leuiter deponi, solui, & bracchia reaptari, indui, & in carcerem reponi Animo, &c. sed antea relectũ cõfirmauit, & propria manu subscripsit.

Ita est F. Petrus de N. Prouincialis Religionis N.

Io F. Discreto da N. Priore N. assistente.

Io F. Discolo da N. Religioso N. hò disposto come di sopra.

Ego F. Fidelis de N. Sacerdos Religionis N. Actuarius.

De repetitione torturæ vide supra hic n. 53. 54. & 55.

Si Reus deficiat in tormento deponatur, & signa deficiendi.

72. Si in tormentis Reus deficeret, quod dignosci posset ex his, quæ Reo in tortura contingunt, puta, si ex ore spumam emittat, si nimis pallidus fiat, si nimis sudet, si verba pronunciare non possit, &c. Ex his, & similibus, si verè Iudex agnoscat, eum non simulatè in tormento deficere, sine vlla dilatione de tormento deponi, mandare debet, & Actuarius tam modum deficiendi, quàm de tormento depositionem, aquæ aspersionem, & reliqua omnia in processu describat, sequẽti forma.

Cum

73. Cum videretur Reus in tortura deficere, P. Prouincialis leuiter ipsum de tortura deponi, & super sede lignea accommodari, mandauit. Qui depositus, & accommodatus super dicta sede, pluries interrogatus, commotus, & concussus, responsum non dedit, imò semimortui imaginem habebat. Vnde mandauit P. Prouincialis in eius faciem aquam frigidam proijci, tempora, & nares aceto madefieri, & cum ad animum non rediret, nares ipsius sulphure, *(aut lino accenso)* suffumigari. Quibus peractis, ad se rediens ipse Reus fuit interrogatus, &c. Resp. &c.

Forma seruanda, dū Reus in tormento deficit.

74. *Si appareat prædictum verè deliquium fuisse, ad vlteriorem torturam non procedatur. Sed si dubitetur simulatum à Reo fuisse deliquium, Medicum prudentem, dum sine scandalo præstari poterit, Iudex adhibebit, qui inspecto Reo, & pulsibus tactis, &c. fidem faciat, dum ita res se habeat, cum nullo morbo laborare, & hac medici depositione habita, & si fieri potest, iuramento firmata, denuo ad vlteriorem torturam deueniri poterit; hac forma.* Visis, & auditis prædictis, mandauit P. Prouincialis, Reum in funem iterum eleuari, &c. *vt hic sup. num. 69.*

Quid agēdum in dubia deliquij fictione.

Iterum eleuatur.

---

75. QVando Reus in tortura fassus fuisset, postera die à confessione facta coram Iudice constituatur Reus extra locum torturæ, & propria ipsius confessio in tormentis habita, ab Actuario ad verbum legatur, vt eam ratificet hac forma.

76. Constitutus personaliter F. Discolus de N. Laicus Religionis N.

Coram R. P. Petro de N. Prouinciali eiusdem Ordinis in Conuentu nostro Neapolis, die 10. Nouembris 1649. & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis Sacris Scripturis, ad opportunas interrogationes, Respondit, vt infra.

Forma ratificationis extra torturam.

Interrog. Se oltra quanto hà deposto ne gli altri suoi esami, & particolarmente à quello, che confesò hieri nella tortura, voglia dire qualche altra cosa?

Resp. Non m'occorre di dir'altro.

Interr. Se tutto quello, che confesò hieri sù la corda, sia vero, ò falso, e se lo confermi?

Respon. Quanto dissi, è pur troppo vero, & però lo confermo.

R. P. Prouincialis tunc mihi Actuario mandauit, vt clarè, & distinctè eius examen de verbo ad verbum Reo legerem, prout in processu habetur. Quo lecto, & per Reum, vt asseruit benè audito, & intellecto, fuit,

Interr. Se le cose, ch'hora gli sono state lette, siano state deposte da lui nel detto suo esame, nella maniera, ch'hà sentito?

Respon. Le cose, che mi sono state lette, sono appunto quelle, che io deposi, & che hò confessate hieri nella corda.

Interrog. Se alle medesime cose voglia aggiunger qualche cosa, ò dimi-

diminuire,ò vero ratificarle,come vere, & confessate da esso?

Resp. Non m'occorre d'aggiungere, ò diminuire cosa alcuna,& per esser quanto confessai, la verità, l'approuo, e lo ratifico in tutto, & per tutto. Et relectum confirmauit, & propria manu subscripsit.

Io F. Discolo da N.N. hò deposto come di sopra.

Ego F.Fidelis de N. Sacerdos N. Actuarius.

Si Reus tortus ad socios detegendos, neget delictum iam cōfessum, quid agendum.

77. *Confessione principalis delicti à Reo facta, dum in casibus à Iure permissis, tortura eidem Reo inferenda erit pro habenda vlteriori veritate sociorum criminis, & aliorum delictorum; Animaduertendum erit, quòd si Reus in tortura dicat, se delictum iam confessum non commisisse, dum de socijs, &c. interrogatur, ne dictam responsionem Iudex scribere faciat, quasi interrogatorio suo datam, sed tanquam prolatam à Reo ex se ipso, vt post Chart. docet Ambrosin. de modo forman. proces. inform. lib. 6. cap. 4. num. 11. forma autem talis erit.*

Forma interrogādi Reum cōfessum de socijs, in casibus licitis, & de alijs delictis.

78. Interr. Che dica, se hebbe compagni, e complici nel delitto, ch'hà confessato, & se hà commesso altro delitto?

Respon. Iò non hò hauuto altro, che vn compagno nel delitto confessato, che si chiama F.Semplice da N. laico, N. & non hò commesso altro delitto.

79. *Si ex processu constet plures habuisse socios, vlterius interrogetur.*

80. Dictum est ei, che confessi la verità, perche habbiamo in processo, che egli hebbe più compagni nel delitto confessato, il quale è di tal qualità, che non è verisimile, che sia stato commesso con vn compagno solo; e che però nomini gli altri compagni, e dica gli altri delitti da lui commessi, altrimente si verrà contro di lui alli rimedij opportuni, Iuris, & facti.

Respon. Io non hò commesso altro delitto, che quel, ch'hò confessato, ne ci hò hauuto altro compagno, che detto F.Semplice.

Decretū torturę ad prædicta.

81. Tunc R.P.Prouincialis visis, & consideratis depositionibus testium dicentium, F.Discolum Reum à pluribus associatum fuisse; Ponderata qualitate delicti confessi, quòd absque pluribus socijs perpetrari non potuisset, & quod nominatio aliorum sociorum criminis, vix ab alijs, quam à dicto F.Discolo haberi possit, attentaq; persona ipsius Rei, malæ famæ, & soliti delinquere, vt patet ex actis, ideo credendum est alia commisisse delicta. Mandauit ipsum F.Discolum expoliari, ligari, &c. *vt hic supra n.60. & 61.*

82. Iterum monitus à P.Prouinciali, che non stia più ostinato, mà che manifesti li complici, & compagni del delitto già confessato, & parimente gli altri delitti, che egli ha commessi?

Respon. Io hò detto, quanto m'occorreua, & non posso dir'altro.

Dein-

Deinde dixit ex ſe; Io ſon tormentato ingiuſtamente, perche non hò commeſſo delitto alcuno, nè anco quello, che prima hò confeſſato, & però io mi diſdico, hauẽd'io detto la bugia d'hauer commeſso quel delitto.

Reus negat in tortura delictũ extra eam confeſſum.

83. Dictum eſt ei; che non vien interrogato più, ſe egli hà commeſso il delitto principale, che già hà confeſsato, & non può mettere in dubbio la ſua confeſſione; Ma ſolamente s'interroga delli compagni, delli complici, & d'altri delitti. Et però, che à queſt'interrogatorio ſolo riſponda?

Reſpon. Io v'hò detto, & vi dico, che non hò fatto delitti di ſorte alcuna.

84. Videns P. Prouincialis Rei obſtinationem, cum ſtetiſset iam in tortura funis eleuatus per ſpatium dimidiæ horæ, iuxta horologium pulueris, mandauit, eundem leuiter deponi, ſolui, bracchia reaptari, indui, & in carcerem reduci; Animo, &c. Sed antea quam diſcederet, relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Depoſitio à tortura.

Ita eſt F. Petrus de N. Prouincialis Religionis N.

Io F. Diſcolo da N. Religioſo N. confermo quanto di ſopra.

Ego F. Fidelis de N. Sacerdos Religionis N. Actuarius.

Etiam hic præuidenda erunt adnotata ſup. in hac Prax. n. 56. & 57.

85. R.P. Prouincialis viſa pertinacia, & obſtinatione ipſius Rei, viſis, & conſideratis indicijs contra ipſum exiſtentibus, & ex proceſsu reſultantibus, cum ipſe Reus tormento funis torqueri non poſset, eo quod eſset ruptus, &c. pro habenda veritate, mandauit ipſum Reum ad locum tormentorum adduci, ibiq; tormento ignis ſupponi, illoq; tormentari. Et ad præfatum locum adductus, pluries per P. Prouincialem benignè monitus ad veritatem fatendam, antequam tormento ignis ſupponatur.

Forma inferendi tormentum ignis.

Reſp. Io hò già detta la verità, & non dirò mai altrimente; fate di me, quelche vi piace.

86. Tunc P. Prouincialis videns Reum nolle veritatem fateri, mandauit dicto tormento ignis eundem ſupponi, prout, &c.

Qui ſic ſuppoſitus, pedibus nudatis, lardo porcino inunctis, & in cippis iuxta ignem validum detentis, cum ita manſiſset per ſpatium vnius credo in dicto tormento tacitus, poſtea vociferando, dixit, ohimè, ò crudeltà, non vedete, che mi ſtroppiate.

Infertur tormentũ.

87. Cum videretur Reus magnum ſentire dolorem, mandauit Pater Prouincialis tabulam ante pedes Rei apponi, Animo, &c. qua appoſita.

Dictum eſt ei; che confeſſi la ſemplice verità, altrimente ſi leuarà la tauola, & ſi continuarà il tormento.

Reſp. Se volete la verità, l'hò già detta, & par che mi vogliate far dire la bugia per forza.

88. Statim mandauit P.Prouincialis tabulam ad pedes dicti Rei positam amoueri; amotaq; inde ad modicum temporis spatium, alta voce clamauit Reus, ò che torto, ò che crudeltà, &c. Iterum mandauit P. Prouincialis tabulam ante pedes Rei apponi, Animo, &c. & apposita,

Monitus; Che lasci la sua ostinatione, & confessi la verità.

Respon. Mi fate torto nel forzarmi à voler dire, quello, che non hò fatto, io son innocente.

89. Videns P.Prouincialis, Reum in negatiua persistere, mandauit, eundem à tormento amoueri, cum in eo stetisset, computatis etiam appositionibus tabulæ, per spatium duorum miserere, & ad locum suum reponi; Animo, &c. Sed antea relectum confirmauit, & propria manu subscripsit.

Ita est. F.Petrus de N.Prouincialis Religionis N.

Io F.Discolo da N. Religioso N. hò deposto come di sopra.

Ego F.Fidelis de N. Sacerdos Religionis N. Actuarius.

90. *Animaduerte, propositum tormentum ignis, teste Ambrosin. vbi sup. lib. 4. c. 8. n. 9. recessisse ab Aula seculari, quia est nimis seuum, & præiudiciale, & multo magis recedere debet ab Aula Ecclesiastica, & Regulari. Formula tamen tale tormentum inferendi proposita est, vt saltem pro rarissimo casu in promptu habeatur. Sed bonus Iudex Regularis à dicto tormento, quantum fieri potest, semper caueat, iuxta consilium Ambrosin. vbi sup. n. 11.; Nec non à tormentis Vigiliæ, Taxillorum, & Sibilorum, iuxta instructionem doctrinalem traditam supra q. 99. n. 5. Sed vt nihil hic desiderari possit, etiam formulas ad tormenta prædicta inferenda subijcere non renuam.*

Forma inferēdi torturam vigiliæ.

91. CVm Reus tormento funis torqueri non posset, *(vel videretur tormentum funis paruipendere, vel attenta atrocitate criminis cum iam torturæ funis suppositus, nihil fassus fuisset, & contra ipsum indicia minimè essent purgata,)* R. P. Prouincialis visis, &c. mandauit eundem ad locum tormentorum adduci, ibiq; spoliari, ligari, & in tormento vigiliæ poni, prout, &c. Qui sic in dicto tormento natibus denudatis, bracchijs post terga vinctis, & vndique ligatus, de mandato &c. positus, benignè per P. Prouincialem ad veritatem fatendam monitus.

Respon. Padre, la verità io l'hò detta. *Hic pro opportunitate addentur alia etiam interrogatoria.*

92. Et cum mansisset in dicto tormento per spatium quatuor horarum, & aliud ab eo haberi non posset, P.Prouincialis mandauit, Reum de tormento deponi, dissolui, bracchia reaptari, reuestiri, & ad suum locum reponi; Animo, &c. *Hic ponantur subscriptiones.*

Scribēda ab Actuario.

93. *Nota, quòd Actuarius debet omnia, & singula ea scribere, quæ in singulis horis Reus in tormento positus dicit, & facit, e. g.*

Cur-

94. Currente prima hora per P. Prouincialem fuit Reus interrogatus. Se conosce F. Trafitto da N.?

Resp. Padre, v'hò detto, & vi dico, che non lo conosco, &c.

Currente secunda hora ex se Reus dixit, lasciatemi in questo tormento, quanto vi piace, che io non dirò mai altro, che quanto hò detto per verità.

Currente tertia hora, dictum est Reo, che lasci di star'ostinato, &c.

Resp. Padre, io dirò sempre quello, ch'hò detto con verità, e V. P. lasci d'esser tanto crudele, e mi facci leuare da questo tormento.

Currente quarta hora, Reus dixit ex se, vedete, che me si rompono le braccia, & resto squarciato da basso, che crudeltà è questa, à tener'vn corpaccio così grosso in questo tormento.

Dictũ est ei, che confessi la verità, & liberarà se stesso dal tormento.

Respon. La verità l'hò detta, & la confermo.

95. *Nota vlterius pro declaratione; Tormentum vigiliæ, esse scamnum quoddam ligneum, altum à terra per septem circiter palmos, tribus inhærens astis, non planum, sed paulisper accliue, & in medio faciens angulum obtusum, super quo angulo debet manere Reus ano denudato; Et obtusus debet esse angulus, quia si esset acutus, posset fractis inferioribus partibus Reum etiam interimere, quod benè notetur cum Ambrosin. vbi sup. lib. 4. c. 10. n. 4.* Declaratur qualitas tormẽti vigiliæ.

---

96. VIdens P. Prouincialis Rei pertinaciam, & obstinationem, visis, & ponderatis indicijs contra ipsum existentibus, pro veritate habenda, cum Reus tormento funis non posset torqueri propter impedimentum euidens brachij sinistri, mandauit, eundem Reum ad locum tormentorum duci, ibique taxillorum tormento, quod vulgo, stanghetta, nuncupatur, supponi. Qui sic adductus, antequam tormento supponeretur, benignè fuit pluries per P. Prouincialem monitus ad veritatem fatendam; alias dicto tormento supponetur. Forma tormenti taxillorũ.

Resp. Se volete la verità, io l'hò già detta.

97. Videns P. Prouincialis Rei pertinaciam, mandauit eundem in dicto tormento torqueri. Qui eidem tormento suppositus, in terra prostratus, denudato talo dexteri pedis, inter duos ferreos taxillos concauos posito, & F. Seuero de N. Religioso N. eos stanghetta comprimente, alta voce Reus clamauit, ohime, &c.

Dictum est ei, che confessi la verità, &c.

Respon. L'hò confessata; vedete, che mi stroppiate.

Alia etiam interrogatoria hic pro opportunitate addi poterunt.

98. Cum in dicto tormento mansisset Reus per spatium duorum miserere, & aliud haberi ab eo non posset, P. Prouincialis mandauit eundem Reum à tormento deponi, & ad locum suũ reduci, Animo, &c. Sed antea relectum subscripsit, & propria manu firmauit. *Subscribatur hic pro more.*

Forma inferendi tormentū sibilorum.

99. Videns,&c. *vt sup. hic n. 96. mutatis mutandis,&c.*

100. Cum Reus veritatē fateri renueret, mandauit P. Prouincialis Reum eidem tormento sibilorum supponi. Qui ita tormento suppositus, manibus ante iunctis, & inter binos singulos digitos earum sibilis accommodatis, & F. Seuero de N. Religioso N. illa funiculo currente fortiter comprimente, clamauit,& dixit. Mi stroppiate, ohime, &c.

Dictum est ei, che dica la verità, che sarà subito liberato dal tormento,&c.

Respon. Liberatemi, che la verità l'hò detta,&c.

Cumq; in tormento mansisset per spatium trium Pater noster,& ab eo haberi aliud non posset, mandauit P. Prouincialis à tormento eundem amoueri,& ad locum suum reponi, Animo,&c. *vt hic supra proximè, n. 98.*

101. *Quoniam non modo de Iure communi, verum etiam iuxta nostrum modum proced. vt visum est sup. in par. 1. quæst. 51. num. 11.; Reo petente, testium repetitio facienda est; Quo casu Reo ipsi terminus dandus erit ad sua interrogatoria producenda; Et per Reum ijsdem interrogatorijs productis, vel etiam non productis, lapso tamen termino ad illa producenda singuli repetendi testes, coram Iudice,& Actuario vocandi sunt, priusque singuli interrogandi, iuxta interrogatoria per Reum producta; postea verò super examine, aliàs per singulos eosdem testes, facto; quo ab ijs confirmato, perfecta repetitio erit.*

Renitentes in criminali sint Iudices in repetitione testium.

102. *Prætermittendum non est hic consilium Clar. circa testium repetitionem §. fin. quæst. 53. vers. quartus est in fin. vbi Iudicibus consulit, præsertim in criminalibus, vt sint renitentes, & quantum fieri potest, caueant à testium repetitionibus, ad instantiā partium, nam, vt ipse Clar. ait, sæpe talibus repetitionibus processus inuoluuntur,& destruuntur, magnaque subornationibus, & falsitatibus testium occasio prabetur,& subscribunt Farin. q. 66. n. 263. & 264. & Baiar. q. 49. n. 35. Vt tamen, dum omnino repetitio facienda erit, debito fiat modo, sequens seruetur forma.*

Forma repetitionis testiū vsq; ad n. 106.

103. Die 26. Augusti 1649. in Conuentu Religionis N. Romæ.

Coram R. P. Iusto de N. Prouinciali Religionis N. Comparuit F. Prauus de N. eiusdem Ordinis laicus Reus, & petijt testium repetitionem contra eum examinatorum, super interrogatorijs ab eo dandis; & idem P. Prouincialis petitionem admisit, si,& in quantum, &c. Et decreuit, prout præsenti decreto decernit, repetitionem dictorum testium, dans eidem Reo trium dierum terminum, ad interrogatoria in actis præsentanda, omni,&c. in quorum,&c.

Ita est F. Iustus Prouincialis N.

F. Secretus de N. Religionis N. Actuarius.

Præsentātur interrogatoria,& admittuntur.

Die 28. Augusti 1649. in eodem loco,& coram eodem, comparuit F. Prauus de N. laicus N. Reus,& præsentauit cartam interrogatoriorum, &c. quæ incipit. Interrogatorij di F. Prauo da N.; & desinit, & come:

come: & idem P.Prouincialis admiſit ſi, & in quantùm,&c. omni &c. In quorum, &c.

Ita eſt F.Iuſtus Prouincialis Religionis N.

F.Secretus de N. Religionis N.Actuarius.

104. Interrogatorij di F.Prauo da N.dell'Ordine di N.da farſi à ciaſcuno de'teſtimonij eſaminati contro di lui. Forma ſeu copia interrogatoriorum à Reo presentatorum.

Interrogatorio 1. Se hà hauuto mai diſguſto da F. Prauo da N. ò da N. da N.

Interrogatorio 2. Se vidde mai, F. Prauo da N. nella caſa di N. & ſe lo vidde, interrogetur de loco loci; & anco in che loco particolare ſtaua all'hora eſſo teſtimonio.

Interrogatorio 3. Quanta diſtanza era dal luogo, doue ſtaua il teſtimonio, & doue ſi ritrouaua all'hora Frà Prauo.

Interrogatorio 4. Se era, qualche coſa di mezzo trà il teſtimonio, & F. Prauo,che impediſse la libera viſta.

Interrogatorio 5. Di che veſtimenti,& di che qualità era veſtito all'horà F. Prauo.

Interrogatorio 6. Se ſi moueua F.Prauo, & che moti faceua, ò vero ſe ſtaua fermo, & quanto tempo

Interrogatorio 7. Se chi ſtaua,doue ſtaua egli,poteua vedere quanto faceua F. Prauo,& ſe diſtintamente il tutto,& come?

Alia ſimilia interrogatoria poterunt ſupradictis, pro opportunitate, ſuperaddi, facientia ad Rei fauorem, & ad detegendas teſtium falſitates, & calumnias.

105. Die 29. Auguſti 1649. in Conuentu N. Romæ.

Coram R. P. Iuſto de N. Prouinciali Religionis N. Vocatus fuit F. Incapax de N. Clericus eiuſdem Ordinis teſtis aliàs pro Curiæ informatione examinatus, & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis Sacris Scripturis,ad opportunas interrogationes,Reſpondit, vt infra. Et prius interrogatus fuit iuxta præſentata interrogatoria pro parte F.Praui de N. Rei, & primo, Forma repetitionis teſtis ſuper interrogatorijs.

Interrogatus iuxta primum interrogatorium,

Reſpon.Padre nò.

Interrog. iuxta interrogatorium 2.

Reſp.Padre sì; come hò depoſto nell'altro mio eſame, & lo viddi à capo d'vna ſala molto grande, ch'è in quella caſa.

Interrog. iuxta interrogatorium 3.

Reſp. la diſtanza era quanto è longa quella ſala al capo, della quale ſtaua F.Prauo, & io à piedi.

Interrog. iuxta interrogatorium 4.

Reſp. Viddi beniſſimo io quanto occorſe, ne ci fù impedimento alcuno di mezzo.

Interrog. Iuxta interrogatorium 5.

Reſp.

Reſpon. F. Prauo andaua veſtito d'vna balandrana del colore dell'habito della ſua Religione, & portaua li ſtiuali.

Interrog. iuxta interrogatorium 6.

Reſpon. Stette F. Prauo à capo della ſala vn poco fermo in piedi, poi ſi poſe à ſedere, & d'indi à poco ſi leuò in piedi, & paſſeggiò vn buon pezzo.

Interrog. iuxta interrogatorium 7.

Reſpon. Poteuo vedere quel, che ſi faceua beniſſimo, doue ſtaua F. Prauo, ſi come haurebbe potuto vedere ogn'altro, che haueſſe buona viſta, come hò io, perche la diſtanza non era molto grande, & la ſala era luminoſa.

Abſolutis prædictis interrogatorijs à Reo præſentatis, continuetur examen eiuſdem teſtis, vt hic ſequitur.

Tunc per R.P. interrogatus fuit idem F. Incapax, an ea, quæ in alio examine per ipſum facto in hoc eodem loco, & coram eodem, in hac cauſa, fuerint, & ſint vera, illaque pro veritate dixerit, & depoſuerit.

Reſpon. Padre sì, quanto depoſi li giorni paſſati in queſto luogo, dauanti à V.P. è verò, e lo diſſi con ſemplice verità.

Legitur teſti eius examen, &c.

Et lecto ſibi per me de mandato, &c. diſtinctè eius examine & ab eo benè intellecto, prout aſſeruit, fuit,

Interrog. Se le coſe, che hora hà ſentito leggere, furono depoſte da lui, & ſe ſia queſto l'eſame ſuo, del quale ſi è fatto mentione qui ſopra?

Reſpon. Padre sì; queſto è giuſto il mio eſame.

Interrog. Se à queſt'eſame voglia aggiungere, ò diminuire, ò verò reuocare in tutto, ò in parte, ò vero conſermarlo per la verità in tutto?

Reſpon. Per la verità lo conſermo in tutto, e per tutto.

Tunc R. P. Prouincialis ipſum teſtem licentiauit, ſed ante relectum examen confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Io F. Incapace da N. Chierico della Religione N. conſermo quanto di ſopra.

Ego F. Secretus de N. Religionis N. Actuarius.

Forma repetitionis teſtis 2. & 3.

106. *Poteris vti mutatis mutandis pro repetitione tam teſtis ſecundi, quam tertij &c. eadem forma, de qua hic ſupra proximè n. 105.*

Si aliqua confrontatio facienda erit, habes formas hic infra n. 111. vſque ad num. 127.

Quomodo fiat Epilogus.

107. QVando Epilogus faciendus erit contra Reum negantem delictum, de quo nimis inditiatus eſt in actis, tunc recolligenda erunt omnia, quæ à Reo cōtra ſe ipſum in examine pronūciauit, nec non omnia inditia, probationes, & alia, quæ in proceſſu contra eundem Reum militant, ad eum confundendum de veritate negata, & ad ipſum ad veritatem fatendam

tendam disponendum, ex quibus Iudex Reum redarguet, & monebit,&c. iuxta tradita à Chartar. & post ipsum ab Ambrosin. de modo forman. process. infr. lib. 2. c. 6. n. 37. & tactum est sup. in p. par. q. 80. n. 45. forma autem hoc praestandi est, vt sequitur.

108. Dictum est ei, ch'è troppo pertinace in negare quelle cose, che costano in processo,& per detto di più testimonij, vno de quali, depone, &c. *hic specificabis, quae testis deponit*. Vn'altro, dice &c. *hic iterum specificabis &c. sic de alijs testibus.* Di più da quelle cose, ch'egli medesimo hà confessato, si vengono à corroborare le depositioni de testimonij; hauendo egli detto,&c. *explicanda sunt hic eiusdem Rei confessa.* Forma Epilogi.

Respon. Io dico, che sono innocente, dica chi vuole, & io non pretendo d'hauer detta cosa, che mi faccia delinquente.

Legendae sunt hic in facie Rei testium depositiones; Quomodo autem tales depositiones in facie Rei legi facere liceat, seu non liceat, vt non erres, vide supra in par. 1. q. 80. n. 44. & 45.

109. Tunc R. P. Prouincialis ad Reum arguendum, legi in facie ipsius iussit depositiones testium contra ipsum examinatorum, sine tamen nominibus eorum, & taliter, vt quantũ fieri posset, non dignosceretur, quis nam in singulis attestationibus esset deponens, prout, &c. Et prius lecta fuit ei, sed non in totum depositio primi testis n. N. ab illis verbis; All'hora io mi trattenni, &c. *vsque ad illa*, mi ritirai. Qua depositione intelligibili voce, & distinctè Reo perlecta; Forma legẽdi Reo testiũ depositiones.

Dictum fuit ei, che cosa dica à questa chiara depositione?

Resp. Dico, che è tutta falsa.

Tunc de mandato, &c. perlecta fuit in facie eiusdem Rei depositio testis 2. vt sup. n. N. ab illis verbis; Io benche di mala voglia, vsque ad illa; Verso la finestra.

Tandem lecta fuit in facie ipsius Rei depositio 3. testis vt sup. n. N. ab illis verbis; Osseruai all'hora, vsque ad illa alia; Non viddi altro; Quibus inelligibili voce, distincteque Reo lectis;

110. Dictum fuit ei, che confessi il vero, conforme al suo obligo, vedendo, che contro di lui sono proue in processo, per le quali si può venire ad remedia Iuris, & facti.

Respon. Padre venite à quel che vi piace, ch'io sempre confermarò la verità, ch'hò detta; Io sono innocente, & le cose, che mi sono opposte, sono false.

Tunc R. P. Prouincialis examen dimisit, animo, &c. Et ipsum constitutum mandauit reponi in locum suum,&c. Sed antea relectum confirmauit examen,& propria manu subscripsit.

Ita est. F. Iustus de N. Prouincialis Religionis N.

Io F. Immondo da N. della Religione di N. hò deposto come di sopra.

Ego Frater Secretus de N. Religionis N. Actuarius.

Die

Forma cõ frontandi testem cũ Reo, vt hunc recognoscat, dum Reus negat deliquisse, & esse illum de quo testis deponit.

111. Die 20. Octobris 1649. in Conuentu nostro Neapolis. Coram R. P. Petro de N. Prouinciali Religionis N. constitutus F. Discolus de N. laicus eiusdem Ordinis Reus, & ei delato iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis Sacris Scripturis, ad opportunas interrogationes, Respondit vt infra.

Int. Se si sia disposto per dire la verità, di quãto già fù interrogato?

Resp. Io son dispostissimo per confermare la verità detta ne gl'altri miei esami.

Dictum est ei, che si vede, ch'egli hà negata la verità, costando nel processo il contrario di quello, che egli ha detto.

Respon. Tutto quello, che dice V. P. costare in processo contro quanto io hò detto, e tutto falso.

Interrog. Che cosa dirà, se testimonij degni di fede lo riconosceranno per delinquente, e gli testificaranno in faccia il suo delitto?

Respon. Io non credo, che persone degne di fede faranno questo, essendo io innocente, & chi dicesse il contrario, direbbe il falso.

112. Ad ipsum Reum de mendacio conuincendum, ipsumque disponendum ad veritatem fatendam, & ad omnem alium bonum finem, & effectum, P. Prouincialis mandauit, prout præsenti decreto mandat, adduci tres alios, habitu, facie, statura, & ætate ipsi Reo similes, nempe F. Antonium de N. F. Franciscum de N. & F. Ioannem de N. laicos Religiosos N. & prope ipsum Reum collocari, prout, &c. Deinde mandauit, in faciem Rei, & omnium prædictorum, accersiri P. F. Verum de N. Sacerdotem N. testem; & eo accersito, delato ei iuramento, de veritate dicenda, prout iurauit, tacto pectore, fuit à P. Prouinciali

113. Interrog. Se tra questi quattro posti quì per ordine, vi sia quello, del quale hà fatto mentione nel suo esame?

Respon. Padre sì, trà questi quattro, che V.P. mi fà quì vedere, ci è quello, del quale io deposi nel mio esame l'altro giorno.

Et sibi dicto, che tocchi colla man destra quello, del quale egli depose.

Respon. Mouendo se de loco ad locum, & manu dextera tangendo F. Discolum de N. Reum: Padre, questo è quell'huomo, che io viddi, che rubbò l'Ostensorio nella Sagristia de Religiosi N. di Napoli, come di già deposi.

Presente ipso F. Discolo Reo, & respondente; Costui dice vna gran bugia, io non sò, quel che si dica, nè mi chiamo F. Discolo.

114. Tunc P. Prouincialis mandauit, legi examen ipsius adducti ad claram amborum intelligentiam, aliàs factum die 17. præsentis mensis; Quo lecto, & per ambos, vt asseruerunt benè audito, & intellecto.

Interrogatus fuit testis adductus; Se questa è la sua depositione, & se è vero quanto in essa depone?

Resp.

Resp. Padre sì, è verissimo, & il tutto confermo alla presenza di F. Discolo.

Conuersus P. Prouincialis ad eundem F. Discolum Reum; interrogauit; che cosa risponda à queste cose, che sono state deposte contro di lui?

Respon. Io dico, ch'io non son Frà Discolo, & che non dice altrimente la verità in quelche depone contro di me.

Replicante dicto teste adducto; & io dico, ch'è la verità, quanto hò deposto.

115. Et cum vterque persisteret in suo dicto, P. Prouincialis prædictũ testem dimisit; deinde continuando examen, dixit eidem Reo; Non vedete misero, che voi negate la verità, che il testimonio v' hà detta in faccia?

Respon. Dice tanta buggia.

116. Visa Rei obstinatione, P. Prouincialis examen dimisit, Animo; &c. & relectum Reus confirmauit, & manu propria subscripsit, & ad suum locum reductus fuit. *Ponantur hic solitæ subscriptiones.*

---

117. H*Æc confrontatio sociorum criminis cum Reo, ad valida reddenda dicta eorundem sociorum criminis, quibus de fide detrahitur, cum tortura ipsorum, fieri in supplementum debet, Boss. & Ambrosin. de modo forman. proces. inform. lib. 2. c. 9. n. 10. & 11.* De cõfrõtatione sociorũ criminis cũ Reo in eorum tortura.

118. *Post lectionem ergo depositionum sociorum criminis, singuli socij, de per se adducantur, eis iuramentum veritatis dicendæ coram Reo præstetur, mutuaq; personarum recognitio fiat, & ratificatio earum rerum, quæ aliàs ab ipsis depositæ fuerunt, vt post Chartar. notat Ambrosin. vbi supra num. 2. Forma autem hoc præstandi talis est.*

119. Tunc P. Prouincialis ad multo magis conuincendũ ipsum Reum de mendacio, & disponẽdum eum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit ad faciem ipsius Discoli Rei adduci F. Complicem de N. laicum N. Forma cõfrontationis in tortura, sociorum criminis cum Reo.

120. Quo adducto, & delato ambobus iuramento de veritate dicenda, prout iurarunt, tactis Sacris Sscripturis, factaque mutua nominum, & personarum recognitione, ad opportunas interrogationes, idem F. Complex respondit.

Interrog. Se quelle cose, ch' egli depose nel suo esame sotto li 17. del corrente mese, contro F. Discolo, siano state, & siano vere, & se hora intenda di ratificarle in faccia di F. Discolo quì præsente?

Respon. Padre sì; tutto quello, ch'io dissi nell'altro mio esame, che non mi ricordo precisamente di che giorno fusse, e la verità, che son quì per mantenere in faccia di F. Discolo.

121. Tunc P. Prouincialis mandauit per me Actuarium, ad claram amborum intelligentiam, legi examen F. Complicis adducti, de quo sup. fol. N. factum die 17. huius, quo lecto, & per ambos benè audito, & intellecto, vt asseruerunt, fuit idem F. Complex.

Interrog. Se quelle cose, ch'hora hà sentite leggere, siano quell'istesse, che l'altra volta hà deposto della persona di F. Discolo quì presente; se siano vere, & hora le voglia ratificare in faccia del medesimo F. Discolo?

Respon. Quanto adesso mi è stato letto, fù di punto quello, che io deposi per la verità, & hora lo confermo in faccia di F. Discolo quì presente.

122. Conuersus P. Prouincialis erga d. F. Discolum Reum, interrogauit ipsum; Che cosa hora risponda alle predette cose?

Respon. Dico, che F. Complice è vn bugiardo, & mente per la gola, con riuerenza di V.P.R.

123. Tunc P. Prouincialis ad tollendam quantum fas est omnem dubietatem, quæ circa personam, & dicta ipsius F. Complicis adducti considerari posset, ex quo criminis socium se facit, nec non ad abstergendam omnem maculam, si quæ ex d. causa in eius persona nata fuisset, & ad afficiendum tantò magis F. Discolum, & alios nominatos, ac ad omnem aliū meliorem finem, & effectum, mandauit d. F. Complicem in conspectu d. F. Discoli, in caput ipsius, & aliorum nominatorum, duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & Funi applicari, prout, &c. Et antequam in altum eleuaretur, fuit per P. Prouincialem benignè monitus ad simplicem veritatem fatendam, quæ sola ab ipso requiretur; & che si guardi omninamente d'incolpare qualche persona innocente, altrimente resterà obligato di renderne conto in questo, & nell'altro mondo. Mà all'incontro se hà deposta la verità, non dubiti hora di confirmarla, altrimente caderebbe pure in colpa molto graue di spergiuro.

Respon. Io deposi la verità, & hora la confermo.

124. Ad effectum prædictum tantùm, & non aliàs, &c. P. Prouincialis mandauit, ipsum F. Complicem in altum eleuari, præsente d. F. Discolo vidente, & omnia, prout asseruit, intelligente. Qui sic eleuatus, dixit, ohimè, perche mi tormentate, io hò detto la verità.

Interrog. Se quanto hà deposto contro F. Discolo quì presente, & gli altri da esso nominati, sia vero, & se lo conferma?

Respon. Padre sì; Quanto dissi contro F. Discolo quì presente, & contro altri, è verissimo, & lo confermo per la verità, ohimè calatemi à basso.

125. Tunc P. Prouincialis mandauit, legi per me Actuarium ad claram amborum intelligentiam ipsius torti depositionem, de qua sup. fol. N. sub die 15. huius mensis, & per ambos bene audita, & intellecta, vt asseruerunt.

Interro-

Interrogatus idem F.Complex; Se quel ch'hora gli è ſtato letto, è il ſuo eſame, e ſe è vero, quanto in eſſo hà depoſto; e ſe lo voglia ratificare alla preſenza di F. Diſcolo?

Reſpon. Hò inteſo quanto m'hauete letto, che è il mio eſame, è vero quanto in quello ſi dice, & lo ratifico in faccia di F. Diſcolo per la verità.

F. Diſcolus, præſens tunc ait; Coſtui è vn gran bugiardo;& addidit; ah F. Complice, tu danni l'anima tua, incolpandomi à torto.

Cui F. Complex replicauit; Io non mi danno, perche dico il vero. P. Prouinciale fatemi calare, ch'hò detta la verità.

126. Videns P. Prouincialis, quòd vterque perſiſteret in ſuo dicto, mandauit F. Complicem de tortura deponi, ſolui, brachia reaprari, reueſtiri, & ad ſuum locum reponi, cum ſteriſſet eleuatus per ſpatium circiter vigeſimæ partis vnius horæ, prout,&c.& relectum confirmauit,& propria manu ſubſcripſit. *Addantur hic ſubſcriptiones ordinariæ.*

127. *Cum aliis ſingulis ſocijs criminis, idem ſingillatim obſeruandum erit, vt hic ſupra à num. 119. vſque ad num. 126. caſu quo fuerint confrontandi in tortura.*

---

128. *SI Reus inchoato proceſſu ex Monaſterio, vel ex carceribus aufugerit, primùm in actis ſcribatur tempus, locus, modus, atque aliæ fugæ circumſtantiæ: Inde videat Iudex, an ex proceſſu legitima, & ſufficientia indicia reſultēt, ad traſmittendam eidem inquiſitionem, ſeu monitorium iuxta tradita in p. par. q. 78. num. 2. hic ſup. & notat Ambroſin. de modo forman. proceſ. inform. lib. 5. c. 1. num. 5. & ſequen. Et ſuppoſito, quòd inditia ſufficientia ſint; vt ſequitur, monitorium formari poterit.* Quid ſi Reus, dū formatur proceſſus, aufugiat.

129. Nos F. Petrus de N. Prouincialis Religionis N. Neapolitanæ Prouinciæ; Tibi F. Diſcolo de N. laico noſtri Ordinis, tenore præſentiū præcipimus, quatenus infra tres dies proximè futuros ab huius executione computandos, cuius primus dies pro primo, ſecūdus pro ſecundo, tertius pro tertio,& peremptorio termino tibi aſſignatur, ſub pœna confeſſorum delictorum, de quibus imputaris, & priuationis omnium officiorum Ordinis, coram nobis perſonaliter comparere debeas ad te exculpandum, & defendendum ab infraſcriptis criminibus tibi imputatis, Nempe, &c. *(Hic inſeratur tota facti crimineſi ſeries cum ſuis circunſtantijs, locis, temporibus, & alijs accidentibus alicuius momenti)* Et his patratis, in pænas Iuris incurriſti, deinde in fugam te dediſti. Volumus autem præſens noſtrum monitorium tibi perſonaliter prǽſentari, ſi perſona tua haberi commodè poterit, ſin autem ad portam tuæ ſolitæ cellæ, & ad valuas Refettorij copias illius affigi. Taleque monitorium ſic exequutum ita coarctare, & afficere, ac ſi perſonaliter præſentatum foret. Certificātes te, quod ſi in præ- Monitorium ad comparēdum contra Reum contumacem.

 dicto

